non ita erit. Audite enim quia non delinquit illud quod adoratur. sed ille qui adoratur. Iustum namque est apud dominum iudicium. Et aliter iniuriam patientem iudicat. aliter inferentem. Sed dicis oportebat ergo eos qui adorant quod non licet adorari. statim perire ad deum & alius hoc faceret. Sed non est tu prudentior deo. ut ei consilium suggeras. scit ille quod faciat. Omnibus & enim ignorantia positus. patientiam prestat. quia misericors & sepius est & praevidet quia ex impiis multi efficiuntur pii. Et ex ipsis qui impura signata. & pollutas imagines venerantur. nonnulli conuersi ad deum / & reuocantes se a peccatis / & agentes bona opera perueniunt ad salutem. Sed debui inquit omnino nec ad cogitationem istam uenire ut haec faceremus. Ignoratis quod est libertas arbitrii & lateo uos quia ille uere bonus est qui suo proposito bonus est. Qui autem necessitate retinetur in bono. bonus non potest dici. quia non est suum quod est. Quia ergo in uno quoque libertas est in electione bonorum & malorum

ipse sibi praemia. & interitum quaerit. Immo inquit quicquid cogitamus deus nobis adducit ad mentem. Quid agitis o homines blasphematis. Si enim omne quod cogitamus ipse nobis adducit ad mentem. Ipse ergo nobis cogitationes adulteri suggerit et auaritia & blasphemiae omnisque luxuriae. Desinite quaeso ab huiusmodi blasphemis. & qui sit deo dignus honor intellegite. nec dicatis ut solent quidam uerum quia deus mortaliu honore non indiget. Ille quidem uere nullius indiget. sed uos debetis agnoscere. quia uobis praestatur honor quem deo deferatis. Quid enim tam execrabile quam si gratiam referre nesciat homo proprio conditori. Sed melius inquit facimus nos qui & ipsi & omnibus cum ipso gratias agimus. In hoc subuersione salutis uestrae non intellegitis. Tale est enim hoc quale si quis aeger ad medela sui. medicum pariter & uenenarios inuitet cum illi noceri quidem possint curare non possint. Uerus autem medicus uenenis illorum recuset sua medica

menta misere. Ne aut punitur bono aut
sanctas nocentibus adscribatōr. Dicit
ergo indignatur. aut inuidet dī sicut ip
se benefaciat. alius gratiae referantur.
etiam si non indignet². non uult tamen
erroris auctor existere. ut sui operis be
neficio inani idolo fides dētur. Quid
certe tam impium. tam ingratum quā
adō beneficiū consequi. & reddere lig
nis ac lapidibus gratiā. ppter qd̄ exper
gescimini. & intellegite salutē urām.
Dī enim nullius indiget. neq; aliqd̄ re
quirit. neq; in aliquo leditur. sed nos
sumus qui aut iuuamur. aut laedim².
in eo quo grati. aut ingrati sumus.
Nam dō qd̄ confertur ex laudibus nr̄is
aut qd̄ auferitur ex blasphemis. Nisi
qd̄ dī animā sibi gratias agentem pxi
mā sibi & familiarem facit. Ingratum
uero malus possidet. **lc. Demon.**
Sed & illud scire uos uolo qd̄ aduersū
huius modi animas n̄ ipsedī p̄seultio
nem p̄fert. sed uniuersa creatura eius
insurgit & poenas de impiis sumit. Et
quā uis in praesenti secto dī bonitas qua
liter pius. & impius mundi lucem ac
terrae ministeria largiatur. tam
non absq; dolore sui lucem sol impi

is praebet. ceteraq; elementa exhibent
seruitutem. **lc.** Deniq; interdum
etiam contra bonitatem conditoris fati
gata sceleribus impiorum uincuntur ele
menta. & inde est. qd̄ aut terrae fruc
tus corrumpitur. aut aeris temperies
temeratur. aut supra modum ardor
solis incenditur. t̄ imbrium ac frigorū
uis immensa diffunditur. Indelues
& fames. & mortis facies diuersa p̄currūt.
festinat enim creatura in impios mo
uere uindictā. Dī tamen bonitas re
primit ea. & ob indignationē impiorū
refrenat. ac suae misericordiae oboe
dire cogit magis quā peccatis hominū
& sceleribus inflammari. Expectat
enim patientia dī dum in hoc corpore
sunt hominū conuersionem qd̄ si usq;
ad exitum uitae. In impietate p̄stite
runt. Tum iam descendens anima
quae immortalis est p̄ impietates
suae p̄seuerantia lutt^{diffic} poenas. In
mortales namq; sunt etiam impiorū
animae quas ipsi fortasse uelint.
pariter cum corporibus suis finire.
sed non ita est. p̄fert enim ignis ae
terni sine fine supplicia. & ad p
nitentiam sui naturā non habet mori

endi. Sed fortasse dicetis mihi. terres nos petre. & quomodo uob dicemus que inire sunt. Nunquid tacentes adnuntiare possumus ueritatem. quae si aliter qua sunt pferre nescimus. Qd si taceamus causam uob pntiose ignorantiae nos dabim. & satis faciemus la tenti intra uos. & obsidenti sensus uros serpenti. qui haec uobis callide suggerit. ut semp uos inimicos faciat do. Sed nos ad hoc missi sumus. ut pdamus uob latebras eius. & absoluentes inimicitias reconciliemus uos do. ut ad ipsum conuertamini & placeatis ei in operib; bonis. Inimicitiae namq; s; homini ad dm inrationabilis. & impius sensus prauumq; ppositum. Maxime cum uidetur sibi scire aliqd. & est ignorantia. Ubi aut abiectis his eadem uob placere coeperint quae do placent. & eadem displicere uob. atq; ea coeperitis uelle. que uult ds. tunc uere amici eius dicemini. Sed fortassis aliqui ex uob dicant nihil cure est do de rebus humanis. & cui ne ad notitia quidem possumus puenire. quomodo ad amicitias perueniemus. qd ds curam gerat hu

manarum rerum. ipsius mundi gubernatio testis est. cui sol cotidie seruit. cui imbres ministrant. cui fontes. flumina. uentiq; & omnia famulantur elementa. quae quanto potiora ab hominib; uidentur. tanto cura di esse erga homines indicant. Nisi enim potestate excelsi nunquam potiora inferiorib; ministrarent. & p hoc non solum curam ds erga homines. sed & grande quenda habere docetur affectum. quorum ministerio tam preclara mancipauit elementa. Quod aut & iam ad amicitias di pueniant homines. exemplo nob sunt hi quorum p cib; tantum indul sit. ut & clauderent imbrib; caelum cu uellent. & rursu cum peterent relaxare. & multa alia uoluntate sua facientib; prestitit. quae non nisi amicissimis prestarentur. Sed dicet. qd enim laeditur ds. si & ista colantur a nob. Siquis uim honore patri debitum a quo plurima beneficia consecutus e. alii deferat. et alienum atq; extraneum quasi patrem colat. non tibi uidetur impius existere in patre & ex heredatione dignissimus. Alii dicunt. impium e

si non colamus ea quae nob̄ tradita sunt
 a patrib; nr̄is . & religionē praeuaricem
 a maiorib; datam . Hac ratione si cuius
 pater latro fuit . aut si cuius leno a pa-
 trib; sibi traditam consuetudinē mu-
 tare n̄ debet . Nec ad meliorem uiam
 a patris errorib; reuocari . Et im-
 pium ducit . si quis n̄ cum parentibus
 peccet . Aut cum ipsis impius pse-
 ueret . Aludicant n̄ debem; molesti
 esse dō . & ipsum semp̄ aut miseria-
 rum quaerelis aut peccationū nr̄arū
 necessitatib; onerare . Quā stulta
 & absq; omni sale responsio . molestū
 dō putas . si ei p̄ beneficis suis grati-
 as agas . Cui molestum non putas
 si p̄ ipsius munerib; lignis & lapidib;
 gratias referas . Et quomodo cum
 forte imber longa serenitate suspen-
 dit om̄s ad caelum oculos tendimus
 & ab omnipotente dō pluuia rum
 munera flagitamus . Omnesque
 cum paruulis ad dñm̄ fusis praecib;
 miseraciones ipsius exoramus . Sed
 reuera ingratis animae cum impe-
 trauerint cito obliuiscuntur . Col-
 lectis enim messib; aut uindemus
 continuo ad surda . & muta si

mulacta primitias frugum deferunt
 Et plis quae dñs concessit . in templis
 aut lucis uota psolunt . & ibi sacri-
 ficia doemonib; offerunt atq; accep-
 ta gratia p̄ mutant gratiae largi-
 torem . Sed quidam dicunt haec
 lactiae gratia & ad releuandos
 animos instituta & ad hoc inuen-
 ta ut humana mens aliquantulū
 curis & metorib; relaxet . Uide-
 te quomodo ipsi accusatores estis
 eorumque gemitus . Si hec le-
 uandi metoris & lactiae ca-
 piendae causa repta s̄ . quomo-
 do in lucis & siluis inuocationes
 doemonū fiunt . quomodo insani
 rotatus hominū sectionesq; mem-
 brorū & abscisiones uerendorū .
 quomodo in his furor rabidus con-
 cipitur . quomodo inuitat̄ insa-
 nia . quomodo mulieres sparsis
 crinib; furibundae iactantur .
 Unde stridor & fremitus den-
 tium . Unde mugitus cordis
 & uiscerum . & om̄ia illa que
 t simulata t̄ etiam ministe-
 rio doemonum compaginata
 ad terrorem stultorum . et

ignorantium hominum pferunt².
 Haec leuandi anuigratia fiunt.
 an potius opprimendi. Nondum
 sentitis neq; intellegitis. latentis
 intra uos serpentes hec esse consilia
 qui uos pinationabiles errorum
 suggestiones. a ratione ueritatis
 abducit. Ut uos libi diuis & con-
 cupiscentiae ac totius dedecoris
 seruos teneat ac ministros. Sed
 ego data uos omis praedicationis uo-
 ce contestor. quō eontratio re-
 ligio di ad sobrietate uos reuocat.
 & prudentia / aluxuria / & furore
 iube esse continentis. Et ppa-
 tencia ac mansuetudine / resicare
 lapsus iracundiae / pprusse
 contentos. & uirtute parsimonie.
 ne egestate quidem compul sos.
 aliena diripere / sed in omnib; ser-
 uare iusticia. ^{u. alcat} Ab idolorum
 uos immolatione poentis remo-
 uere. per haec enim inuitatis
 doemones ad uos m& ipsos. & in quo
 eundi eis aditum sponte praebe-
 tis. Et ex hoc iam t furoris cau-
 sas inliciti amoris accipitis.
 Hinc omnis impietatis origo

descendit. hinc omnis homicidia
 adulteria. furta. & seminarum
 malorum omniu. flagitiorumq;
 concipitur. dum pfanis liba-
 minib; & odorib; indulgetis. ac
 locum dominandi in uos. & ius. quo
 dam modo optinendi malignis spi-
 ritib; datis. Ingressi enim sensus
 uros. quid nisi quae libidinis quae
 iniustitiae. quae crudelitatis sint
 operentur. Et ad omnia uos qui-
 bi ipsi delectantur subigant oboe-
 dire. Permittente reuera hoc
 do pati uos ab eius iusto quodam iu-
 dicio / ut ex ipso dedecore actuum
 sensuumq; urosurum intellegatis.
 qua indignam sit doemomb; &
 non do / ee subiectos. Hinc & ad
 indecoros & foedos actus pamicitias
 doemonum puenitur. Hinc usq;
 ad ipsius uitae pntiem. t pflam
 ma libidinis accendit² t p iracun-
 diae rabiem aut inuidiae tristi-
 tiae puenit². Ut sepe notum e
 & iam manus sibi intulisse n nul-
 los qd ut diximus iustu quada
 di sententia fieri. ab his non phi-
 betur. ut & quib; se sub dide

unt intellegant & quae desuerint re
cognoscant. Sed dicat aliquis. pas
siones istae interdum accidunt & iam
his quidam colunt. non est uerum.
Et enim nos illum deum dicimus esse cultor
rem qui uoluntatem dei facit & legis
praecepta custodit. Apud deum enim
non ille qui apud homines iudeus dicitur
iudeus est. neque qui gentilis uocatur. ille
gentilis est. sed qui deo credens legem
impleuerit. ac uoluntatem eius fecerit.
& iam si non sit circumcisus. uetus dei
cultor est. Isque non solum ipse a passio
nibus liber est. uerum & alios ab eis
liberos reddit. & iam si sint ita graues
ut montibus coequantur pro fide qua
credit deo transferunt eas. sed & montes
uere cum arboribus suis. si necesse sit
pro fide transferunt. Qui autem uidet
quidem colere deum. sed neque fide plena
neque operibus mandatorum munitur.
sed est peccator pro peccatis locum de
dit in semetipso passionibus quae ad
poenam peccantium constitutae sunt a deo
ut ab eis pro lata supplicia exigant
debita peccatorum. & purgationes
eos ad iudicium illud omnium generale
pducant. si tamen castigatione eorum

non deserat fides. Nam infidelium casti
gatio in praesenti uita iudicium est. quo
alieni existere incipiunt. a futuris
bonis. Deum uero colentium castigatio
cum pro peccatis quae acciderint eis infer
tur. commissi ab eis exigunt debitum.
ut praeuidentes iudicium. in praesenti
saeculo debitum peccati soluant. & libe
rentur uel ex parte ^{paupertate} media. ab aeternis
quae illis praeparatae sunt poenis. Sed
haec ita esse non recipit. qui non credit
futurum esse iudicium dei. Et ob hoc
praesentis saeculi uoluptatibus obligatus.
ab aeternis excluditur bonis. Et ideo
nos non neglegimus praedicare uobis
quae saluti uestrae scimus esse necessaria
& quis sit uetus dei cultus ostendere.
ut credentes deo pro opera bona possitis
una nobiscum futuri saeculi heredes exis
tere. quod si nondum apud uos certum
est uera esse quae edicimus. interim pro hoc
primo non debetis aegre accipere et
infestis esse. quia quae putamus bona
haec uobis annuntiamus & quod nobis salu
tare esse credimus. hoc & iam uobis con
ferre non inuidemus. Omni uero
studio laborantes quo coheredes uos
bonorum quae ipsi nobis euentura

credimus habeamus. Utrum autē p̄cer-
 to uera sint. quae adnuntiamus uobis.
 non aliter scire poteritis. nisi ut oboe-
 dientes his quae mandantur ipso rerū
 exitu & beatitudinis certissimo fine do-
 ceamini. Et ideo & iam silatens in-
 trinsecus serpentis sensus uros. mille de-
 prauandi artibus occupat & impedimen-
 ta mille subiciat. quibus a salutari doc-
 trina uisum deducit & auditum. eo
 magis obistere ei debetis & spiritus ei
 suggestionibus. ad audiendum a nobis.
 suscipiendamque doctrinā frequentius
 conuenire. Quia nemo potest dice-
 re aliquid qui non docet. Cumque haec
 dixisset iussit sibi eos qui languoribus
 & demonibus urgebant offerri.
 Et imposuit eis manus cum oratione.
 atque ita turbas dimisit. Ammonens
 ut ad audiendum uerbum diebus quibus
 in ibidem moraturus esset frequenta-
 rent. Igitur ubi turbe abcessere.
 petrus aquis quae in horto fluebant
 corpus diluens. una cum ceteris uolentibus
 humi sterni iussit sub arbore quadam
 cuius umbra erat plurima. & recu-
 bere nos secundum ordinem apud caesa-
 ream statutum praecipit. Atque

in hōn

ita cibo sumpto hebreorum ritu gra-
 tias agens deo. Quia adhuc aliquan-
 tulum diei supererat. iubet nos de quibus
 uelimus percontari. Cumque essemus
 omnes cum eo uiginti. amicumque de quo
 querere uoluit explanauit. Quorum
 singula quaeque libellis comprehensa tibi
 ante iam misi. Uespere autem iam facto
 Ingressi hospiciū cum ipso suisque lo-
 cas requieuumus. **FINIT LIBER QUIN-
 TUS INCIPIT LIBER SEXTUS**

Vespe i nocte
ut huiusmodi
Vespere p̄ abito.

Vbi uero rareficientibus tenebris.
 primum dies coepit perferre
 crepusculum. petrus orationis gra-
 tia horti ingressus. & inde egre-
 diens atque ingrediens uelut excu-
 sare nobis uidebatur. quod tardius
 solito euigilans uenisset ad nos. Nie-
 bat ergo. ubi ueris temporibus longiore
 fecerit diem. necesse est ut nox breui-
 or fiat. Siquis ergo studiorum causa
 noctis aliquid occupare desiderat. Non
 in omni tempore easdem horas obser-
 uare debet ad uigilandum. sed eadem
 temporis spatia. siue breuior siue lon-
 gior sit nox dormiendo consumere.
 & curare magnopere. ne presumens
 ex his spatiis quae habere ad studen-

crepusculū 2 tps
vesperis cum noc-
e nox nec die

dū solē. addat somno & uigilandi tem-
pus imminuat. Obseruandū nam-
que illud ē. ne forte si nondum de-
coctis cibis inter rumpant² somni in-
digestum corp; ad graue mentem.
Et crudos adhuc exalans sp̄s inte-
riorem sensum confusum reddat ac
turbidum. Rectum ergo ē ut con-
petenti & iam part̄ ista quidē fouea-
tur quo possit sufficienter his
quae sibi debentur corp; expleas
iustum in reliquis menti exhibere
ministerium. Et cum haec di-
xisset. plurimis iam consueto
in horto loco ad audiendū con-
gregatis. processit petrus.
& salutatis ex more turbis. di-
cere hoc modo coepit. Qm̄
quidem sicut terra cultore ne-
glecta spinis & tribulos necessa-
rio p̄ducit. Ita sensus ur̄ longi
temporis incuria multas & noxi-
as opiniones rerum & intellegen-
tias falsae scientiae germinauit.
Opus ē nunc multa diligentia ad
excolendū rus mentis nr̄ae ut id
sermo ueritatis qui ē uetus & di-
ligens cordis colonur assiduis

excolat disciplinis. Ur̄m ergo est
praebere ei oboedientia & occupa-
tiones ac sollicitudines sup̄fluas am-
putare. Ne bonum uerbi semen
eneat & noxium germen. Potest
enim fieri ut multa temporis ne-
glectia breuis & assidua reparat̄
diligentia. Incertum namq; ē q̄
unus quisq; uitae temp; . Et ideo
festinandū ē ad salutem. Ne for-
te ^{reperidantē ut timentē} auctante mors repentina prae-
ueniat. & ob hoc actus intenden-
dū ē. ut dum ē temporis spatiū
collecta male consuetudinis uitia
resercentur. Qd̄ non aliter face-
re poteritis. nisi ut trāscamini
quodam modo aduersum uos
metipsos phis quae inutiliter
gessistis ac tur piter. Haec
enim ē iusta & necessaria ira-
cundia qua unus quisq; in his
quib; errauit. & p̄perā gessit
indignatur & semet̄ ipsum in-
cusat. Ex qua indignatione
accendit² in nobis ignis quidam
qui uelut agro sterili inmissus
consumptis & ex coctis radicib;
pessime uoluptatis bono semi

rus. u. gōw.
u. ailla.
u. terra

ni uerbi di. fecundiorē cordis pparat
 glebam. Puto autē qđ satis dignas ha
 beatis causas iracundiae. ex quib; us
 tissimus ignis iste coalescat. si conside
 retis in quantos uos errores deduxit ig
 norantiae malum. quantosq; lapsus.
 & quanta praecipitia ad peccandum
 dedit. A quantis uos bonis abstraxit.
 & in quae praecipitauit mala. Et
 qđ ē sup omā grauius qđ uos in futu
 ro seculo. ad aeternis poenis obno
 xios fecit. Nonne plus omnib; ubi
 uob ueritatis lumen obfulsit. Ignis
 iustissime indignationis accenditur.
 & iracundiae dō placitae intra uos
 consurgit incendium. quo consumma
 tur & radicitus intereat omne ger
 men. si qđ forte intra uos malae
 concupiscentiae pululauit.

Vnde & ipse qui misit nos cum ue
 nisset & omnem mundū uidisset ad
 malitiā declinasse non continuo pacē
 ei in errorib; posito dedit. ne eum con
 firmaret in malis. Sed ignorantiae
 eius ruinis. scientiā ueritatis obposuit
 Ut si qui forte resipiscerent. & lumē
 ueritatis aspicerent. deceptos se
 & in praecipitia erroris abstractos.

merito dolerent. & ignorantiae salu
 tatis ignem aduersum deceptricem
 sui conciperent ignorantia. Ob hoc
 itaq; dicebat. Ignem ueni mittere
 in terrā. & quem uolo ut accendat.
 Est ego pugna quaedam. quae ge
 rendā nobis ē in hac uita. sermo enī
 ueritatis & scientiae necessario sepa
 rat homines ab errore & ignorantia.
 sicut sepe uidimus putre factas et
 emortuas corporis carnes a conexio
 ne uiuentiū membrorum ferro se
 cantes separari. Tale ergo aliqd ē
 qđ agit ueritatis agnitio. Necessē
 ē enim ut salutis causa. filius uer
 bi gratia qui sermone receperit ue
 ritatis. a parentib; separat & in credu
 lis. aut rursum pater separat & a fi
 lio aut filia amatē. Et hoc mo
 do inter p̄p̄inuos. & consanguine
 os credentes. atq; incredulos. scien
 tiae & ignorantiae. ueritatisq; et
 erroris pugna consurgit. & ob hoc
 iterum dicebat qui nos misit. Nō
 ueni pacē mittere in terrā. sed gla
 diū. Qđ si dicit aliquis. & quo
 modo iustū uidet separari filios
 a parentib; Audi quomodo / quia

Veni enim filium
 separare a patre
 & filiam a matre
 et murum a socio
 et omnino homines
 de consuetudine eius

sicam ipsi in errore pmaneat. neq; il
lis pderunt. & ipsi cum illis pariter in
teribunt. Iustum igitur & ualde ius
tū ē. separari eum qui saluari uult.
abeo qui non uult. Sed & illud aduer
te quia non ex illis qui rectius intellegunt.
uenit ista separatio. Illi enim uelint
esse paritē & pdisse eis. & docere melio
ra sed ē istud pprium ignorantiae uitū
^{contempnentem} ^{fratru} ut confutante seueritate luce. non fe
rat habere de pximo. & ideo ex illis ista
nascatur separatio. Nam qui scientiā
ueritatis accipiunt. quia bonitatis ple
na est. tamquā abono dō datam. ac
piunt eā si fieri potest cū omnibus
habere communem & iā cum his qui
oderunt eos & psecantur. Sciunt
enim quia peccati ipsorū causa igno
rantia ē. propter ea deniq; ipse ma
gister. Cum ab his qui ignorabant eū
dū duceret ad crucem. Orabat
pater p interfectores suos & dicebat ei
pater remitte eis peccatum. nesciunt
enim qd faciunt. Imitantes quoq;
discipuli magistrū. & iam ipsi cū pa
terentur similiter p interfectores suos
orabant. Quod si disciplina nob ē
orare. & iā p interfectores & p

secutorib; nr̄is. quomodo non & iā pa
rentum & ppinquorū psecutiones fer
re. & p conuersione eorū orare crede
mur. Tum deinde & iam illud di
ligentius consideremus. quae sit nobis
causa parentes diligendi. p eo inquit
qd uitae nr̄ae uidentur auctores.
Auctores quidem uitae nr̄ae parentes
non sunt sed ministri. Non enim ui
tā praebent. sed ingrediendi nob ad
hanc uitā exhibent ministeriū.
Auctor autē uitae. unus & solus ē
d̄s. Si enim auctorem uitae dilige
re uoluimus illū nob sciamus esse
diligendum. Sed illum inquit cog
noscere non potuimus. istos autē & no
uimus. & in affectu habemus. ^{si si} Esto
non potueris cognoscere qd sit d̄s. qd
tam n̄ sit d̄s p facile scire potuisti.
Nam quomodo latere te potuit ho
minē qd lignum. aut lapis. aut aes.
uel alia huiusmodi materia d̄s non sit.
Qd si in his quae facile deprehendere po
tuitis animū addiscendi noluistis
intendere. Certū ē quia & in agni
tione d̄i impediti estis. non impossibi
litatis sed ^{analogia} ^{desiderio} indignitatis uitio. Nam si
uolueritis & his ipsis inutilib; simu

lacris pfecto accepiss&is intelligentiae
uia. Certum e enim quia pferrum
facta sunt simula tra. ferrum uero p
ignem confectū e. qui ignes aqua ex
tinguntur. Aqua aut p spm moue²
sp̄s au adō initiū hab&. sic enim dicit
moyses pph&a. In principio fecit d̄s
caelū & terrā. Terra aut erat inui
sibilis & incompōsita & tenebrae erant
sup abissum. & sp̄s d̄i erat sup aquas.
Qui sp̄s iussu d̄i. quasi ipsa conditoris
manu lucem separauit a tenebris. et
post illud inuisibile caelum. istud ui
sibile pduxit. ut superiora quidem
habituaculū faceret angelis. Inferiora
uero hominib; ppter te ergo d̄i ius
su. aqua quae erat sup fidem terre
recessit ut terra tibi pducer& fruc
tus. Cui & iam humorum uenas
latenter inseruit. ut tibi ex ea pro
fluerent fontes & flumina. ppter
te pducere iussa e animantia. & om̄a
quae tuo usui uoluntatiq; seruirent.
Aut non ppter te uenti spirant. ut ex
ipsis concipient. fructus tibi terra par
turiat. Non ppter te imbres pfluunt
& tempora uicissitudines mutant
Non ppter te sol oritur & occidit

75
74
& mutationes luna pp&itur. ppter te
mare exhib& simulacū suū. ut tibi in
grato cuncta subiaceat. Nonne phis
omnib; iusta erit ultionis poena. quia
hominum omnium largitor e. quae ante
om̄a. & agnoscere & uenerari debuis
tis. solū p&eris ignorastis. Sed &
nunc eisdem uos ad intelligentiā ui
isduco. Uid&is & enim qd om̄a gign
unt² ex aquis. A qua uero p unige
ntum. ex initio factū e. Unigeniti
uero om̄ps d̄s caput e. p quē talior
dine quo supra dixim² puenit ad pa
trem. Cū aut puenieris ad patrem.
agnoscis hanc uoluntatē eius esse.
ut p aquas. quae plurimae create
sunt de nouo renascaris. Qui enim
regeneratus fuerit p aquā bonis ope
rib; adimpl&is. heres efficitur ei.
a quo minor ruptione regeneratus
est. ppter qd paratis animis accedite
quasi filii ad patrem ut peccata uŕa
diluantur. & causa eorū sola igno
rantia fuisse pb& apud d̄m. Nam
si post agnitionē horum pman&is
in incredulitate uob iam pditionis
uŕae causa. & non ignorantiae
reputabitur. Nec putes qd &ia

si omnē piacatē colas. omnemq; iusti
tiā. baptismū uero n̄ accipias spem
possis habere apud dñm. Immo poti
us maiore poena dignus erit qui
bona opera non bene operatur.
Conferatur enim meritū homini ex
bonis gestis. sed si ita gerantur. sicut
dñs iubet. Dñs autē iussit omnē colen
tem se baptismō consignari. Quā si
tu reniteris. & tuae uoluntati ma
gis quā di obtemperas. contrarius
sine dubio & inimicus es uoluntati ei.
Sed dices fortasse qđ confert aquae
baptismū addi cultū. Prima qui
dem quia qđ dō placuit impleretur.
secundo quia regenerato ex aquis et
dō renato fragilitas prioris natiui
tatis. quae tibi p̄ hominē facta ē
amputatur. & ita demum puenire
poteris ad salutem. Alit̄ uero in
possibile ē. Sic enim nob̄ cū sacra
mento uerus p̄ph̄ta testatus ē di
cens. A mendicio uob̄ nisi quis de
nūo renatus fuerit ex aqua uiua.
Non introibit in regna caelorum.
Et ideo accelera. est enim in aquis
istis misericordiae uis quaedam.
quae ex initio ferebatur sup̄ eas.

Et agnoscite eos qui baptizantur sub
appellatione triplicis sacramenti.
& eripit eos de supplicis futuris. qua
si donū qđdam offerens dō. animas
p̄ baptismum consecratas. Confugite
ergo ad aquas istas. sole sunt enim
quae possint uim futuri ignis extin
guere. Ad aquas qui moratur acce
dere. Constat meo infidelitatis ad
huc idolum p̄manere. & ab ipso pro
hiberi ad aquas quae salutem
conferunt p̄perare. Siue enim
iustus sis. siue iniustus. baptismum
tibi p̄ omnia necessariū ē. Iusto qui
dem ut adimpleat̄ meo p̄fectio.
& regeneret̄ dō. Iniusto uero. ut
peccatorū quae gessit ignorantia
remissio concedatur. Omnib; er
go festinandū ē sine mora renasci
dō. quia incertus ē. unius cuiusq;
exitus uitae. Cum autē regenera
tus fueris p̄ aquā ex operib; bonis
ostende intē similitudinē eius qui
te genuit patris. Agnouisti enī
dñm. honora patrē. Honor autē
eius ē. ut ita uiuas. sic ipse uult
uult autē te ita uiuere. ut homi
ciū adulteriū nescias. Odium.

ch et

auaritia fugias. iram. supbia iactan-
 tia respuas. & exsecreris inuidia.
 Ceteraq; his similia penitus ate du-
 cas aliena. Est sane ppria quae-
 dam mae religionis obseruancia
 quae non tam inponitur homi-
 nib; qua ppriae ab uno quoq;
 dm colente causa puritatis ex-
 petitur. Castimoniae dico cau-
 tela cuius species multae sunt
 Sed primo ut obseruet unusquisq;
 nomenstruatae mulieri misceat.
 Hoc enim exsecrabile ducit lex
 di. Qd & silex debis. non ad-
 monuiss& nos ut contari libent-
 uolueremus inster oee. De-
 bemus amplius aliqd habere ani-
 malib; ut pote rationabiles homi-
 nes. & caelestium sensum capa-
 ces. quib; summi studii esse deb&
 ab omni inquinamento cordis con-
 scientia custodire. Bonu e aut
 & puritati conueniens. & iam
 corp; aqua diluere. Bonum
 uero dico non quasi principale
 illud in quo mens purificetur.
 sed qd se quela sit illius boni hoc
 in quo caro diluitur. Sic enim

& magister nr quosdam pharisaeu
 & scribaru qui uidebant esse melio-
 res ceteris. & auulgo separati increpa-
 bat dicens eos ipocritas quia easolum
 quae hominib; uidebantur purificabant.
 Corda uero quae solus ds aspicit in-
 quinata relinquebant. & sordida.
 Ad qd quosda ergo ex ipsis non ad
 omnes dicebat. Uae uob scribae
 & pharisei ipocritae quia munda-
 tis calicis. & p absidit qd deforis e
 intus aut plena sunt sordib; pha-
 risee oee emunda prius qd intus e.
 & qd deforis e erit mundu. Uere
 enim simens mund& luce scientiae.
 cum ipsa fuerit munda ac splendi-
 da. tunc & iam eius qui deforis e
 hominis ipsa necessario cura gerit
 id e carnis suae ut & ipsa purifice-
 tur. Ubi aut ista quae deforis
 e purificatio carnis negligitur.
 Certum e ibi neq; depuritate
 mentis ac munditia cordis cura
 geri. Ita ergo fit ut is quidem
 qui intrinsecus mundus e munde-
 tur sine dubio & extrinsecus.
 Non semp aut is qui mundatur
 extrinsecus. & iam intrinsecus.

mundus est uidelicet cum agit haec. ut ho-
minibus placeat. Sed & illa species
castimoniae obseruanda est. ut in passim
& libidinis solius. causa feminis coeat.
sed posteritatis reparandae gratia.
Quae obseruantia cum in nonnullis etiam
pecudibus inueniatur. pudoris est si non ab
hominibus rationabilibus & deum colentibus
obseruatur. In tantum autem castimonia
uerum dei cultum tenentibus; phas quas
supra diximus. aliasque horum similes
species conseruanda est. Ut & iam
apud eos quia diabolo adhuc in erro-
ribus detinentur attentius obseruatur.
Est enim & apud illos nonnulla ob-
seruantia castimoniae. Quid ergo
quod errantes custodiebatis. hoc non ob-
seruabitis emendati. Sed fortasse
dicit aliquis uerum. Oportet ergo nos
omnia quae fecimus dum coleremus idola
custodire. Non omnia sed quaecumque
bene fiebant. Haec & iam nunc con-
uenit obseruari. Quia si quod recte
fit ab his qui in errore sunt. certum
est id aueritate sumptum. Quia
& si quod uera in religione non recte fit.
non est dubium. quin ab errore
mutuatum sit. Bonum namque & iam

si aberrantibus gestum fuerit. bonum est
et malum & iam si ab his qui ueritatem
secuntur factum fuerit. malum
est. Aut numquam ita dissipemus. ut
si uideamus eum. qui idola colit esse
sobrium. Nos qui deum colimus sobri-
um esse recusemus. ne eadem facere que
ille qui colit idola uideamur. non ita est.
Sed sit nobis studium. ut si illi qui errant
homicidium non faciunt. nos ne irasca-
mur quidem. Et si illi adulterium
non admittunt. nos ne concupiscamur
quidem alienam mulierem. Si illi
amant proximos suos. nos diligamur & iam
inimicos nostros. Si illi mutuo dant
his qui habent unde reddant. Nos
& iam his demus. a quibus recipere non
speramus. Et propter nos qui & in
seculo hereditate speremus debemus
precellere eos qui praesens tantum seculum
norunt scientes. Quia si opera illo-
rum nostris operibus conlata in die iudicii
similia inueniantur ac paria confusio
nobis erit. quod aequales inuenimus in
operibus. his qui propter ignorantiam con-
demnantur & nullam spem futuri
sedis habuerunt. Et uere digna con-
fusio est. ubi nihil amplius gessimus.

ab his quibus amplius intellexim. Quasi
 confusio nob erit. aequales eis inueniri
 in operibus bonis. quod erit nob si inferio
 res nos ad & eriores examinatio futu
 ra repperiat. Audite ergo quomo
 do debis nos ipse uetus propheta docue
 rit. ad eos enim qui negligunt audi
 re uerba sapientiae ita ait. Regi
 na austri surg & in iudicio cum genera
 tione hac. & condemnabit eam quia
 uenit a finibus terrae audire sapientiam
 salomonis. Et ecce plusquam salomon
 hic. & non audiunt. Ad eos uero qui
 de malis actibus gerere poenitentiam
 desiderabant ita ait. Viri nimirum
 uitae surgent in iudicio cum generatio
 ne hac & condemnabunt eam quia
 poenitentiam egerunt in praedicatione
 ionae. & ecce plusquam iona hic.
 Uides ergo quomodo eos qui erudie
 bantur ex lege adductis ad exem
 plum illis qui ex gentili ignorantia
 ueniebant. & ostendens eos nec illis
 aequales esse qui in errore positi
 uidebantur. ex ipsa tantum compara
 tione condemnat. Ex quibus om
 nibus sermo quem propositum ad proba
 tur. Ut castimonia quae ali

quatenus & iam ab his qui in errore
 sunt positi custodit. Multo puri
 us & attentius per singulas quasque sic
 supra ostendimus species a nob qui ue
 ritatem sequimur teneatur. Et
 magis quo apud nos obseruantiae ei
 premia aeterna posita sunt. Hec
 & his similia cum dixisset turbas di
 misit. Et ex more cum familiaribus
 suis cibo sumpto qui euit. Hoc autem
 modo per tres continuos menses. cum uer
 bum dei doceret. & plurimos conuer
 teret ad fidem. Ad ieiunium iei
 nare me iussit. & post ieiunium in
 fontibus qui contigui habent mari
 ennis aquae mihi baptismum dedit.
 Cumque per generationis gratia di
 uinitus mihi conlata feraxi cum fratri
 bus & laicis & laici egissemus. Petrus
 eos qui ad praecedendum fuerat ordina
 ti perficisci antiochia iubet. Atque
 ibi tres alios expectare menses. qui
 bus perfectis ipse eos qui fidem domini ple
 ne receperunt. deducens ad fontes
 quos mari contiguos supra diximus
 baptizauit. & eucharistiam fran
 gens cum eis. Maronem qui eum
 hospitio receperat perfectum iam

in omnibus; constituit eis episcopum.
Et duodecim cum eo presbiteros. simul
que diaconos ordinat. Instituit
etiam ordinem uiduarum. atque omni
ecclesiae ministeria disponit. Un
uersosque ammonet maxime episcopo
in omnibus; quae praecipiet & oboedi
rent. Et ita cunctis competenter
dispositis. cum trium mensium tempore
fuisset explectum. uale dicentes his
qui erant apud tripolim antiochia
proficiscimur

EXPLICIT LIBER SEXTUS.

INCIPIIT LIBER SEPTIMUS

Egressi tandem etiam tripolim
foenicis urbem primam in hor
to siade haut pcul at tripoli faci
mus mansionem. Ubi sequenti
quoque die remorati quia omnes poe
ne qui domino crediderant dum diuel
li apertio nequeunt. illo usque
secuti sunt. Inde anthara dum ueni
mus. Sed quod multi nos comita
rentur. ait petrus ad moeta si
mulque atque aquila. Quoniam quidem
plurimae fratrum turbae nobis
cum sunt. & ingredientes
singulas quasque urbes. non

parum inuidiae contra himus.
Uideatur mihi prouidendum. ut neque ip
sis ingratum sit si prohibeantur sequi.
neque nobis pompae alicuius excite
malignus inuidiam. Censeo itaque
te moeta atque aquila praecedere
nos cum ipsis. ita ut etiam uos indu
as partes diuisam multitudinem ducatis.
ut sparsim magis quam sub una
congregatione iter agentes. singulas
quasque introeamus gentium ciuita
tes. Scio autem quia triste uobis
uideatur. quod uidemini ante duorum
saltem dierum spatium separari.

Credite mihi quia qua mensura
diligentis me. decuplo amplius mi
hi quoque erga uos affectus est. Sed
si per affectum quem ad inuicem gerimus
non faciamus quae conuenientia
& honesta sunt. inrationabilis hu
iusmodi amor uidebitur. Et ideo
nequaquam titulo caritatis inuolu
to. quae utilia uidentur ac neces
saria peruenimus. Maxime cum
nullus dies possit incidere. quo
non disputationibus meis inter se
possitis. Per singulas enim
quasque nobiliores prouinciarum

76
117
ciuitates pposui sicut & iam uos scitis ter
nos docendi gratia residere menses.
Nunc ergo Laodiceam quae est urbs proxima
praecedite me. & ego post biduum aut
triduum quantum ad propositum meum expec
tat insequar uos. Operemini autem
me ad proximam portam ciuitatis stabulum.
Et inde iterum similiter cum dies aliquot
ibi transierim. praecedetis me ad ul
teriores ciuitates. & hoc uos per singu
las facere cupio declinande quan
tum in nobis est inuidiae gratia. Et ut
fratres qui nobiscum sunt prudentia per
singulas ciuitates. parata inuenien
tes hospitia minus uagari uideantur.
Haec dicente petro. necessario adqui
esant dicentes. Non ualde nos con
tristat hoc agere. quia a te uibe
mur. Quia omnia & bene agere.
& bene consulere. pro christi prudentiam
electus es. Sed & una die aut si
multum biduo quam uis grande sit.
In hoc omni spatio non uidere domi
num nostrum petrum tam tolerabile est.
Consideramus enim quod patientur
illi duodecim fratres nostri qui praec
dunt nos. & mensem poene inte
gram extris mensibus quibus

puna quamque urbem resides. tanto
bono auditus tui uisionisque fraudan
tur. Ut ergo iubes quia recte
omnia iubes. agere non morabimur.
Et his dictis praecesserunt acceptis man
datis ut extra urbem alloquerentur
fratres. qui secum iter agebant. Ne
constipati & quasi cum tu multu. sed
sparsim & in binos diuisi. ingrediantur
ciuitates. Verum ubi illi profecti sunt.
ego demens ualde gausus sum. quod
secum me esse fecit. Et ait ad eum.
domine gratias ago quod me non permisisti
cum aliis. Nam tristitia interissem.
Tum petrus. & quod si inquit. sine
cessitate exigeret mitti. te aliquo
doctrinae gratia separatus a me puti
litate morieris. nec tibi me & ipsi im
perabis ferre patientem. quae necessi
tas imposuerit. Aut ignoras quia
amici semper simul sunt. & licet corpo
ribus separantur. Memoria tamen
linguntur. sicut e contrario non nulli
corporibus una positi. animis diui
duntur. Et ego respondi. Non
putes mi domine. haec me in ratio
nabilitate pati. sed certa & causa. &
ratio est huius erga te affectus mei;

Jo. 100.

Te enim solum omnibus meis affectibus habeo. pro patre. pro matre. pro fratribus. Super haec autem omnia est quod mihi salutis causa & agnoscendae ueritatis tuae solus existis. Sed & illud non mihi in postremo habet loco. quod iuuenalis ait. quae in me est concupiscentiarum insidus subiacet. Et uereor esse sinete. cuius solam praesentiam omnis luxuria quam uis ratione carcat erubescit. Licet confidam de misericordia dei quod etiam sensus meus ex his quae per doctrinam tuam concepit. aliud iam aliquid ad cogitationem recipere non possit. propter ea memini te apud caesarem dixisse. ut si quis uult mecum salua pietate comitari comitetur. Salua autem pietate dicebas. ut neminem contristare. cui secundum deum deberet adherere. Uerbi gratia. ne uxorem fidelem relinqueret. uel parentes uel alias huiusmodi personas. a quibus ego ualde libens sum. & ideo aptus ad sequendum te. Atque utinam mihi concedas. ut tibi etiam serui ministerium exhibeam. Tum petrus. ad haec ridens ait. Et quid putas clemens. quod non te ipsa necessitas mihi faciat seruum. Nam

quis mihi poterit alius sternere sindones. & stragula pulchra componere. Quis seruare anulos. & indumenta quae assidue mutare debeam praeparabit. Quis etiam cocis imperabit & diuersa atque electa pulmenta prouidebit. quae arte scitissima & uaria praeparantur. & omnia illa quae hominibus molliter instituitis. Immo potius cupiditati eorum. uelut inhumanissime cuiusdam bestiae iniustis quaesita sumptibus conuectantur. Sed fortasse quam uis mecum positus uidearis. nondum agnoueris uicem meam. Panis mihi solus cum oliuis. & raro etiam cumoleribus in usu est. Indumentum autem hoc est mihi quod uidetur tunica cum pallio. & haec habens aliud nihil requiro. hoc mihi sufficit. Quia mens mea non ad haec praesentia. sed ad illa quae aeterna sunt aspicit. & ideo nihil mererum praesentium. uisibiliumque delectat. Unde tuum quidem erga me bonum animum amplectar & miror ac te magis laudo quomodo cum sis uis ex consuetudine multae abundantiae ueniens. tam cito transferre & captare te potueris ad hanc

77.
118

uitā nrām quae solis necessarius uicitur.
Nos enim a puero. idē ego & fr̄ germa-
nus nr̄s andreas. non solum orfam.
sed & ualde pauperes eruum̄. & ne-
cessitate operari esse consueuimus.
Unde & nunc facile uexationes itine-
rum ferimus. sed potius similibi ad-
quiesceris. & p̄mitteris. ego magis
operarius. facilius tibi possem serui
implere ministeriū. At ego haec
audiens contremui. & lacrimae mi-
hi continuo proruper̄. qđ talem mihi
sermonem dixerit uir tantus. quo
omnis mundus habet̄ inferior.
Tum ille lacrimante me uidens.
causā p̄contatur. Cui ego respon-
di. Quid tantū in te peccavi. ut
me tali sermone onerares. Et p̄grus.
Similū est inquit qđ dixi. ut serui-
am tibi. tu prior peccasti hoc mihi
dicendo. Et ego. Non ē inquam
simile. me enim decet hoc tibi fa-
cere. Tu autē qui dī summi p̄ro
ad saluandas animas hominū missus
es. graue ē ut hoc mihi dicas. Et p̄-
grus. Adquiescerem tibi inquit.
nisi dñs nr̄ qui ad salutē totius mun-
di uenit. & qui erat omni creature

nobilior. seruire passus esset. ut
nos scaderet. non erubescere fra-
trib; nr̄is seruorum exhibere mi-
nisterium. Tum ego. si puto qđ
te possim uincere. ualde stultus sū.
Uerum tamē ago gratias p̄ uidentiae
dī. qđ parentū te loco. habere te
merui. Tum p̄grus. Nemo enim
inquit uere ex genere tibi sup̄ est.
Respondi. sunt quidem multi po-
tentes uiri ex caesaris p̄sapia uenien-
tes. Nam patri utpote p̄p̄inquo
suo & una educato nobilis ad aequae
familiae caesar ipse iunxit uxorem.
ex qua duos geminos ante mē filios
suscepit. non ualde ut aiebat pat̄
sibi inuicem similes. ego enim eos
non adeo sciebam sed ne matris qui-
dem ualde memor sum. sed quasi
p̄ somniū ita tenuiter uultus eius
speciem reolo. Mater ergo mea.
mattidia. pater faustinianus uo-
citatus ē. fratrū autē meorū alter
faustinus. alter faustus dicebatur.
Inter ea cum ego quinque uix essem
annorū. mater sicut a patre didi-
ci somniū uidit. quo moneret̄ nisi
cum duob; filiis suis geminis confestim

urbem fuisset egressa. & a fuisset annis decem. ipsam pariter cum liberis interitu exsticiabili perituram. Tum pater qui tenere diligere & filios adiunctis seruis & ancillis ac sumptibus sufficienter praebitis. nauimpositos. cum matre filios athenas mittit erudiendos. me sibi solum filium ad solaciū retinens. & in hoc quidem gratias agens. quia non eam me imperavit somnium. pariter cum matre discedere. Anno autem complūto pater misit ad eos athenas homines & sumptus. scire simul cupiens quid agant. Ne etiam redeunt qui missi sunt. Tertio rursus anno mestissimus patrem mittit alios cum pecuniis. qui quarto anno regressi nuntiant. neque matrem neque fratrem uidisse. sed neque athenas eos omnino peruenisse. neque usquam alicuius saltem qui cum ipsis fuerant uestigium repperit. Pater haec audiens et multa tristitia obstupe factus nesciens quo tenderet. at ubi quaereret una mecum descendit ad portum & requirere an autis coepit.

si tibi aliquis eorum uidisset aliquando ante quattuor annos corpus mulieris cum duobus paruulis erectum. Cum multa dicerent. nec aliquid nobis rati elucesceret. Et tam immensum pelagus per scrutantibus pro multo tam affectu pater quae erga suos gerebat pascebatur uanis spebus donec uisum est ei. ut me sub praetoribus ordinatum rome relinqueret. annorum cum essem duo decem. & ipse pergeret ad requirendum. fletus itaque descendit ad portum & nauem conscendens profectus est. Hec usque in hodie num. neque litteras ei accepi. neque si uiuat aut defunctus sit noui. Sed magis suspicor quia & ipse obiit. aut tristitia uictus. aut naufragio. Annis & enim uiginti elapsi sunt. quibus haec geruntur. & ne nuntius quidem de eo ad me aliquis uenit. Petrus haec audiens ex affectu lacrimas fudit. & ad eos qui aderant familiares ait. Hec si quis in diuinitate positus perulisset quae huius perulit pater. Itaque homines religioni adscriberent erumnarum causa. quae cum accidunt miseris gentilibus malorum causam

fi to adscribunt. Miseros autē dico eos
 quia & hic uexantur errorib; & aspe fu
 tura fraudantur; Di enim cultores,
 cū haec patiunt; ad purgationē peccato
 rū caedit eis qd pfer patienter. post
 haec dicta unus ex adstantib; petrum
 rogare coepit. ut die crastina matu
 rius ad insulā pximā. quae sex non
 amplius stadiis aberat. aradum nomi
 ne pgeremus uidendi in ea gratia mi
 rum aliqd opus. columnas utēas mag
 nitudinis immensae. Cui petrus uterat
 dementissimus ad quiescat. sed monuit
 nos ut cum nauem descendissemus. n̄
 unā omnes concurrere ad uidendum;
 Nolo enim inquit notari uos atur bis;
 Cum ergo die postera naui sub mo
 to horae uenissēm ad insulā. continuo
 ad locum in quo erant columnae mira
 biles pperamus. Erant autē in aedae
 quadam positae. In qua aedae opera
 p magnifica pictura habebantur.
 Quib; intento unus quisq; n̄m deti
 nebatur aspectu. Petrus uero ubi so
 las columnas miratus ē utēas nequaquā
 raptus picturae gratia. Egressus ui
 dit mulier culā quandā stupem ab in
 troeuntib; deposcentē. quā ad tenius

edee
 domus dicitur
 dicitur.

stipos. uirtus ē
 qui paupib; dat.

considerans ait. Dic mulier qd tibi
 membrū corporis deest. qd hunc te
 iniuriae subiecisti ut stupem petas.
 & non potius manib; tuis. quas a dō
 accepisti operans cibum quaerans.
 At illa suspirans ait. Utinam
 mihi quaedam essent manus quae
 moueri possent. Nunc autē species
 tantū seruata ē manuum. Nam
 ipsae sunt emortuae & meis mor sibi;
 debiles. & sine sensu redditae. Et
 petrus. Quae inquit fuit causa.
 ut hoc tibi tantum mali ipsa confer
 res. Ignauia inquit nec aliud quic
 quā. Si enim fuisset in me aliqd
 uirtutis potui uel pceptio uti uel
 p fundo maris inuere mem & ipsam.
 & finem dare dolorib; meis. Tum
 p̄rus. Et quid putas ait mulier?
 qd qui sem & ipsos perimunt. a suppli
 cis liberantur. nisi quia maiorib;
 subiacent poenis animae eorum
 qui sibi ipsi intulerunt manus. At
 illa. Utinā inquit istud mihi cer
 tum fieret quia uiuunt animae in
 inferno. libenter amplecterer & iā
 poenas ferre mortis in latae. tantū
 ut dulces mihi natos horā saltim

unā uiderem. Ep & rus. Quicquid tantū
istud est qđ te tam graui afficit tristitia
scire uelut si enim doceres me causam
possem tibi & ego uidenter ostendere.
O mulier qđ in inferno uiuunt anime.
& p̄cipitio t̄ p̄fundo. possem tibi dare
medicamentū aliquot. ut sine cruciatu
ualeant uitam finire. Tunc muli
er p̄missione hac gratantē accepta coe
pit dicere. Genus quidem mihi &
patria quaesit nec credi facile nec dici
necessarium puto sed causam tantum
sufficit doloris exponere. Cur mor
sibus meis meas ipsa debiles reddiderit
manus. Ego generosis ortu parenti
bus & potentis adaequae uiri sortita
matrimonium. duos suscepi geminos li
beros. & post hos unum alium. Sed
frater uiri mei inlicito in me amore
uehementer exarsit. Mihi autē cum
sup̄ omnia cara esset pudicitia. & neq;
tanto sceleri adquiescere. neq; uiro
uelut flagitiū fratris aperire cogitau
quatenus & ego impolluta euaderem
& fratrem inimicum & hostem non face
rem fratri. ne genus omne qđ erat
nobilis familiae in obprobrium darem.
Patria ergo & urbae cum duob; meis

^{lucius}
geminis discedere statui donec incestus
amor conquiesceret. quē forte p̄sentiae
meae palparet & inflammaret aspectus.
Alius sane filius quatenus patri maneret
ad solacium cogitauit. Sed ut haec ita
fieri possent somnium finxi quasi ad sisten
tē mihi p̄uisum quoddam numine & di
cente. ut confestim cū geminis meis sur
be discederem. & tam diu abessem. do
nec redire me ipse p̄ciperet. qđ si non
facerem cum liberis omnibus in perpetua
peritura. Et ita factū est. Statim enim
ut somnium uisum enarraui extimuit. et
sociatis mihi duob; filius seruis quoque
& ancillis pecunia & iam abundanti
data nauigare athenas iubeat. ubi si
mul & erudire liberos possem. man
sura inquit ibi usquequo uisum fuerit
ei qui praecepit exire ut redeas ad
nos. Inter ea nauigans unā cū meis
natis uentorum uolentia ad hos infelix
nocturno naufragio depulsa sū loci.
Et cum omnes interissent ad reptā me
crudelē supra saxū qđdam uehemen
tiae fluctus erexit. Ubi cum sederem
ea sola spe quā eos possim forte natos
inuenire. In profundū me non precipita
ui. Tunc cū adhuc p̄turbat^a ani

720
ma & doloribus ebria facere hoc & audebat
& poterat. Verum ubi dies exortus est.
& ego cum da more & ululatu infeli-
cium natorum circum spicerem si ubi
uel eiecta possim uidere cadauera;
Miseratione commota quidam ex his
qui me uiderunt. primo per pelagus.
tum & iam circa littora requirunt.
si que forte de meis infantibus inueni-
rent. Sed ubi nusquam ullus miseran-
tes me mulieres loci solari coeperunt.
enarrantes singulae suas quaeque mise-
rias. ut ex similitudine calamitatum
solacium caperem quod me magis con-
tristabat. Non enim tale mihi erat
ingenuum ut aliorum mala mea esse sola-
cia ducerem. Et cum me multae
hospitio cuperent recipere. una quae-
dam paupercula hic habitans extorsit mi-
hi tugurio eius succedere dicens fuisse
sibi uirum nautam. eumque in mari ad-
olescentem defunctum sibique ex eo cum
multa accipere. In conuictum cuperent
amore uiri uindictam fuisse cariorē;
Erunt ergo inquit nobis communia
quaecumque manibus nostris operantes que-
rere poterimus. & ne longa ac minus
utili narratione utar libenter habitau-

cum ea propter affectus fidem quam
seruauerat uiro. Sed non multo post
mibi infelici laceratae dudum morfi-
bus resolutae sunt manus. Et illa
quae me susceperat incurrat parali-
sim. & domi in lecto iacet. Illarum
autem mulierum quae prius miserabantur
refrigit affectus nos ambae debiles. ego
ut uideri sedeo super me petens. Et si
quod forte quaesiero sit unus duarum. in fe-
licium abus. Cae iam quae meae sunt
sufficienter audisti. tu nunc quod mora-
ris implere quod promiseras & dare medi-
camentum. quo possit absque cruciatu
utrisque nostrum miserabilis uitae
sortem finire. Haec dicente mulie-
re. multa petrus cogitatione distractus.
uelut attonitus stabat. Et ego de-
mens superueniens dudum inquam pom-
ina discurrens quaerebam te. & nunc
quod facimus. At ille praecipit mihi
ut ad nauiculam praecederem ibi me
inquit operire. & quia contra dicit ei
non poterat quod iussit impleri. Ipse
uero ut mihi cuncta posterius enar-
rauit suspicionem quadam pulsatus. re-
quirebat a muliere genus & patriam.
simul & nomina filiorum. quae si inquit

Superior. v.
expector

mibi dixeris dabo continuo medicamē
tū. At illa quasi uim sustinens
quia neq; fateri haec uolebat & me
dicamenti cupida erat fingeit alia
